Suam importatae Necnon aliam similem Summam ratione Veri iusti et
liquidi Dotalitij in et super tota et integra Medietate bonorum suorum
generaliter omnium hymorum et obligatorum mobilium et immo-
bilium Summarumque quarumvis pecuniarum nunc habitarum et in posse ha-
bendarum dedit dotavit dotalitiavit insonsit et reformavit prout
dat dotat dotalitiat inscribit et reformat praesentibus Per eandem
Nobilem Annam Rogowska Consortem suam et eius poros eandem
Medietatem bonorum praefatorum generaliter omnium cum universis Uti-
litatibus et emolumentis tenendi habendi et possidendi illisque quiete
et pacce utfruendi ad ususque suos et suorum Successorum quoscumque
beneplacitos libere et effectualiter Convertendi Vigore et More
aliarum Reformationum Sactenus et diuturnis in Regno observari solitarum

Baczynski Sozanskiego Quit

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensis
Capitaneatus Premisliensis Nobilis Iwan Baczynski Parynicz Sanus
mente et Corpore existens a Terris Dominis Iuribus Iurisdictionibus suis qui-
busvis propriis et Competenter recedendo praesenti vero Castrensi Capi-
taneali Premysliensi Iurisdictioni quo ad actum praesentem attinet se
cum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et
plenarie incorporando atque subiciendo palam libere publice ac per ex-
pressum recognovit Quia ipse Nobilem Iwan Sozanski olim Nobilis
Jacobi Sozanski Huczynicz Filium et ipsos posteros de Summa No-
naginta Florenorum Polon. sibi Recognoscens per eundem Nobilem
Iwan Sozanski Actis Terribus Premysliensibus modo simplicis debiti
ad solvendum inscriptis et assecuratis Necnon de eadem ipsa In-
scriptione Terrae Premysliensis Debitorea quietat emittit dimittit
liberumque et absolutum perpetuo pronuntiat Inscriptionem praefatam cum
omnibus eiusdem ligamentis et conditionibus Cassat mortificat et an-
nihilat sibi et suis poris ratione praemissorum ob praestitam sibi
realem persolutionem Summae eiusdem perpetuum imponens silentium